LA VERGINE
ASSUNTA IN CIELO
COMPONIMENTI

OFFERTI IN TRIBUTO DI PARZIALISSIMA STIMA

AL GENIO ILLUSTRE

DEL NOBIL SIGNORE

COSIMO M.ª CORSI

PIO CORTESE MUNIFICO

CAVALIERE DELL' INCLITA RELIGIONE DI MALTA

DAL PRETE

GIUSEPPE TANZINI
FIORENTINO.

IN FIRENZE. MDCCLIV.

APPRESSO L' ERÈDE PAPERINI.

CON *LICENZA DE' SUPERIORI.*

CANZONE.

Qual mi rapisce, e a' sensi miei mi toglie,
Muse Toscane Muse,
Trionfal pompa augusta inusitata?
Qual dalle sfolgoranti argentee soglie
Della Magion beata
Nuovo fulgor si spande, a cui non use
Son pupille mortali?
Qual veggio, o veder parmi in regio ammanto
Donna immortal sull' ali
Girsen de' venti, e maestosa oh quanto
Calcar le stelle erranti, e al soglio eterno

Poggiar del Re superno?
Qual festeggiare ascolto in suon di laude
Coro immortal, che al gran trionfo applaude?
Ite lungi, o profani, impuro, immondo
Volgo lungi ne gite.
L'unica è questa alma Eroina eletta,
Nel cui sen d'immortal germe fecondo
Semenza al Ciel diletta
Fiorso di gigli; ella dell' empio Dite
L' esecrabile altero
Schivò servaggio, e l' infernal veneno:
Altro imprenda sentiero
Chi spirto nutre orgoglioso in seno;
Ch' ella è cui Madre feo del suo Fattore
Mente umile, umil cuore:
Casti lumi sol dunque, e casto coro
Miri di sua beltà l' almo lavoro.
Bella è l'Aurora allorchè il manto indora
Di splendente rubino,
Di rose il crin s' infiora, e co' piè d'oro
Sorge dal gange, e l' ampia terra aggiorna,
Mentre amabil tesoro
Di fresche brine in sul novel mattino
Scuote dall' aureo lembo,
E i fiori allatta, e la nascente erbetta
Con rugiadoso nembo;
Ma oh qual più bella sorge, oh qual m'alletta

Questa

Questa, che il Ciel più ruggiadosa aurora
Con più be' raggi indora!
Questa, che dall' eccelse eteree sponde
Piogge d' or su' mortali ognor diffonde!
Bello il veder qual gareggiando intorno
Al bel crine amoroso
Tesserle ogn' astro agogni immortal serto!
Bello il veder quei, che conduce il giorno
Per l' ampio Cielo aperto
Qual vago de' suoi rai manto pomposo
Apprestarle si vante,
E qual s' arroge a onor l' argentea luna
Scanno all' auguste piante
Formar di lei, che diede a Dio la cuna;
Soavi aurette intanto aurette erranti
Spiegando l' ali amanti
Scherzano intorno all' amoroso viso,
Che tutto in se raccolto hà il Paradiso.
Aprite oh l' alte aprite eterne porte
Di lucido adamante
Luminosi del Ciel ministri alati;
Non vedet' or quanto più bella apporte
Gloria a' giri stellati
Questa, che volge a voi l' auguste piante
Grande immortal Reina?
Ella è, che sposa, e vergin madre, e figlia
D' alma prole divina

 Più

Più d' ogni altr' opra il suo Fattor simiglia.
In lei mirò per far di se un esempio,
Ed animato tempio
L' eterno Amor, nè senza lei perfetti
Esser ponno nel Ciel vostri diletti.
Sull' informe d' Abisso orrida faccia
Stese ancor non avea
Alla grand' opra, onde diè forma al mondo
L' alto Motor le onnipossenti braccia,
Nè l' Ocean profondo
Movea spumante il piè, nè ancor pendea
Su suoi cardini immota
La vasta terra, ed ella amata amante
L' alta sorgente ignota
Vedea del tutto, e allorche alla volante
Aura il Fabro immortal diè grazia, e volo,
E accese in mezzo al polo
Gli astri, e l' alma del dì stella amorosa
Nel divin sen fecondo er' ella ascosa.
Ma chi il dir m' interrompe? e quale ascolto
Celeste amabil voce?
Vieni diletta vieni; oh vaga oh bella
Lieta sorgi, e mi mostra il tuo bel volto
Chiaro assai più che stella,
Vola nel seno mio, vola veloce,
Ed in quel ti riposa,
O dolce mia colomba, ond' io sovente

Sulla

Sulla bocca amorosa,
Cui vola intorno Amor lieto, e ridente
Stampi baci innocenti, e mille e mille
Sparsi d' ambrosie stille
Stenda tenaci amplessi a te che sei
La delizia maggior degli occhi miei.
Tu l' amica di pace Iride bella
Onde questo, e giocondo
Il suo volto a' mortali il Ciel scuoprío;
Tu la fiammante mattutina stella
Di quel, che già apparío
Eterno giorno annunziatrice al mondo:
Del Libano odoroso
Tu il bel cedro incorrotto, e l' incombusto
Rogo ardente spinoso,
E l' alto di Sion cipresso augusto.
Trovata il mondo ha in te la donna forte,
Che le Tartaree porte
Ruppe, infranse, spezzò, traendo avvinto
Pluto a' suoi piedi debellato, e vinto:
Te di mia gloria, e di mio regno a parte
Sull' immortal mio soglio
Esser conviên di mia potenza erede,
E in la più eccelsa, e più serena parte
Del divin campidoglio
Veder prostrata all' adorando piede
Con gli angelici cori

 Tut-

Tutta in un la superna ampia famiglia:
Per te grazie, e tesori,
Onde fia ognun per inarcar le ciglia
Pioveran dalle eterne auree miniere
Sulle mortali schiere.
Fia legge il tuo pregar: vien dunque, o bella
Reina vien perchè ti festi ancella.

Canzon, gli atti amorosi, e i dolci inviti
Ella seconda, e viepiù in la superna
Parte del Ciel s' interna;
Onde gia manca al veder mio l' acume,
E al mio volar le piume.
Tu quì rimanti, e voi mortali udite,
E lieti poi ne gite.
Partissi, è ver, da noi, ma in sua partenza
Non partì sua clemenza:
Ci mira, e ci ama, e dall' eterea sfera
A pro dell' uom non prega nò, ma impera.

AD

PHALEUCIUM.

AD VARIA CANT. CANT. PROLUDIT.

ET nubes procul & procul procellae
Diffugere, silent ubique venti,
Ac Coeli facies serena ridet.
Age o Thaboridum venustiorum
Formosissima surge quid moraris?
Iam grata vice Veris, & Favoni
Hyems solvitur acris, herbulaeque,
Et flores rediere mille campis;
Huc velox propera, meoque amori
Defer dulcis amica te videndam.
Quam magnus numerus Lybissae arenae
Oras volvitur inter aestuosas
Adsunt tot mihi candidae puellae
Blandae, compositae, bonae puellae;

Sed pulcherrima tota tu puellis
Pulcris omnibus una ſponſa cunctos
Lepores , charites , cupidineſque
Pulcro ſubripuiſti amica furto ;
Idcirco omnibus e meis puellis
Una es , quae nitidiſſimos olores ,
Et quae corpore , lucidoque morum
Vincis Sithonias nives colore ;
Una es delicium meum gementis
Caſtae punior oſculo columbae ,
Mihi & charior Indicis lapillis
Quantum quid pote charius putari .
Et quamvis nigra decolorque vultu
Qualis Davidicae ſub Aede prolis
Dives cellula pallidaeque pelles
Tamen luteolo ore tota candes .
Sunt malae tibi turturis vireta
Juxta florida , ſunt tibi columbae
Fulgentes oculi obſtrepentis amnis
Ad vivos latices deambulantis
Abſque illa interius latente forma .
Quam dulcis rutilo feris ocello !
Quam dulcis nitido feris capillo !
Tu amomum, caſiamque, balſamumque
Tu ſola e labio rubente fundis
Succos ambroſiaeque nectariſque ,
Et manat cita , te loquente , myrrha

Ab-

Absque illo interius latente fonte.
Sunt cuncta haec tua dulciora melle
Hyblaeo, & Siculae liquore cannae.
Huc ergo propera, meoque amori
Defer dulcis amica te videndam:
Te probae videant meae puellae;
Te unam prae reliquis vocent beatam,
Extollantque tuas ad astra dotes
Cum tota interius latente luce.
Tales non semel obstupens, ovansque
Dilecti audiit ebrias amore,
Plenasque illecebris vocationes
Virtutem comitata Pulcritudo;
Coeli e vertice, sed repente lapsa
Donatura suo Tonanti alumnam
Et circumstitit hinc, & inde multa
Fudit luce, sibique dulce, & illi
Ridens Gloria purior refulsit;
Et tali superum incolam futuram
Amplexu recreans, novamque divam
Jucunda excipit adlocutione.
Amabo, mea pulcra Sulamitis,
Quem cernam in solea pedem nivali
Effer candida lucidum micantem;
Satos liliolis, rosis, ligustris,
Et cunctis violis beatiores
Vultus exere laeta Sulamitis:

 Plan-

Plantam quam loculus bene aureus arctat!
Ostro quam Tyrio tibi superba
Talos picta chlamys fluens ad imos
Summi, o filia Principis, coruscat!
O quae syrmate fulgido in suavem
Morem texta, parique ducta limbo
Cylindrum in teretem latus coercent
Flocco plumea cingula integellum,
Quae vel Sidoniae dedere matres,
Vel setis dromadum parens Idume
Nevit stamine, plurimos & auri
Sub discrimine miscuit colores!
Sic formosa veni, veni columba,
Intonsos Libani relinque montes,
Carmeli umbriferos relinque colles:
Si tecum innumerae exilire visae
Te concepta utero fuere, & orta,
Nupta, virgine, filia, parente
AEquum est corpore spirituque in unum
Sublimes redeant ad astra tecum
Invicti in speciem agminis gregatae
Virtutum comitum arduae catervae
Vultu, incessu, animis, toga decorae,
Cernamque in solio sedere eodem;
At contra ante tuum videre & aequum est
Stratas aligeras pedem phalanges,
Dextramque, & chlamydem deosculari.

Qua-

Quare innixa humeris, manuque eburna
Nati nubivagos per alta passus
Molire, aetheriam, citamque bigam
Conscende, astrifero potire templo,
Regina emerito potire regno;
Et qua tartareos premis dracones
Planta comprime cynthiam bicornem
Solem suppositum tibi relinquens.
Quid est quod, mea Parthenis, moraris?
Ah! fulvum leviter caput reflecte:
Cervice ah! rosea labans amantis
Dilecti in gremio recumbe sponsi;
Cum desiderio tui nitenti
Te natus vocat, & vocant cohortes
Plaudentes tibi millibus trecentis
Paeana in numerum modis, lyraque.
Te puris Genius libratus alis,
Et sanctis vocat ignibus perurens
Amor, candida faustitas, voluptas
Aspersa ambrosias liquore plumas,
Et risus labra bina hians decenter,
Et pax, & pietas, pudorque panno
Velatus niveo, jocique visu
Jucundae facies ter, & quaterque
Plausu, letitia, choris frementes
Mariam ingeminant io per axem
Ter percussus io resultat aether;

Ter-

Ternis agmina terna te ſalutant
Diviſa ordinibus, duceſque terni
Pompam magnifici canunt triumphi.
Jam ſol occiduas abit ſub undas,
Et fuſcis redit Heſperus quadrigis:
Linquatur Galaad, venuſta, valles,
Piſcoſaeque Heſebonis amnis undae:
Huc de colliculis feracis Hermon
Tonſos hinnuleos, capreſque linquens,
Huc de vertice Beter, atque Sanir
Damis, capreolis, fugacibuſque
Pardis ocyor advola: manet te
Auguſti thalami beata ſponda
Adſurgens Pario ſuperba ſaxo
Sapphiris, ebore Indico, columna
Nixa baſibus, aureoque fulcro,
Quam candor nivei integellus Agni
Stravit deliciis; amaraciſque
Suaveolentibus imbuit, pudica &
Flamma caſtus Hymen, ſacraque taeda.
Te manet rutilans thronus ſmaragdis,
Lucens chryſolithis, micans pyropis;
Te, quae virgineam corona frontem
Ornet divitibus coruſca gemmis.
Tu aeterno in capitolio recepta,
In magnamque operum vocata partem
Conſors imperii ſedebis una

Hae-

Haeres, sceptripotens, satoque mater
Cum nato superos reges, & imos.
Flexo poplite te, tuumque nomen
Colent saecula, te patrum piorum
Ostendet populis novum futuris
Chorus prodigium, ac sonante lingua
Triplicis dominam, arbitramque mundi
Vatum praescia turba praedicabit.
Salve spes hominum, ac Deûm voluptas
Imis concilians superna virgo
Pars plenissima gaudii, atque risus;
Salve dulce sacrum, puella, templum,
Patris filia, Filiique mater:
Tu incrementa, labos, opusque majus,
Magni cura Fabri, decusque primum;
Tu ingens gloria Concilî superni:
Per te terrigenis quies reperta;
In te praesidium, & salus reposta:
Ut flos virgineo educatus horto
Praecinto valido undecumque muro
Sponsi dextera amabili obserato,
Quem mulcet zephyrus, calorque firmat,
Quem ros, aut tacitus rigavit imber
Arcano tumidi vigore ventris
Casta prodiit innocens ab umbra
Per te Nazareum, sacrumque germen:
Per te limite, terminoque clausum est

Im-

Immensum, sociatus orbis astris,
Morti vitaque juncta, tempus aevo.
Tu culpa metuenda, & Orco Amazon
Pressis servitio, jugoque Ditis
Rumpis vincula, sontibus catenas.
Tu sub luce oriens meridiana
Tu sub vespere pulchrior sereno
Veri nuncia fulguras Olympo
Aurora, ac tenebris solo fugatis
Noctem discutis, alterumque solem
Portas Coelicolis, diemque recti
Cassis lumine mentibus reducis:
Tu clara in nebula sedens colorum
Pomposam chlamydem explicas, & arcum,
Almae quo uberior salubritatis
Origo scatuit, bonumque fluxit,
Ostendis gemino secunda regno.
Pacis tu Iris amica foederisque
Paventi pluvias faves colono:
Tu faustum Cynosura grata fulges
Nocturnis meliore crine nautis
Longo remigii labore fessis
Te vocantibus horridum frementis
Ponti per vada coeca, perque syrtes.
Ergo o fasciculis onusta myrrhae,
Nardo, virgineo fragrans olivo
Pernici propera columba cursu;

Et

Et ſeu thuriferi jugoſa montis
Habent culmina te, Cadeſque palmae,
Seu cupreſſigenae Syonis arva,
Seu te cedrina odora ſive Baſan
Querna umbracula, buxiferque campus;
Seu pomis precioſa floribuſque
Engaddi loca foeta, ſive bothro
Tenet vinea praegravata Cypri,
Formoſi gregis huc puella cuſtos
Huc formoſior advola puella,
Et mecum placido ſopore languens
Immenſum bibe gaudium patenti
Accumbens lateri ſiticuloſum
Merge os purpureum, beatitatum
Toto prolue fonte te, quietis
AEvum digere perpetim perenne.

PRO-

PROTESTATIO.

IN Latinis hisce versiculis, si quidpiam fortasse occurret, quod minus elegans, vel nimis effusum; grave idcirco religiosis auribus videatur, a te, qui hujusce generis studiorum amicus es, artisque poeseos vere sciens, a te, inquam, qui candida fide ornaris, qui terso, atque acri judicio perfecte polles, lector benevole, veniam peto; sed literarum coecutientibus, ac boni utriusque genii falsis a via potius danda est, quam petenda; eam vero, licet invitis, more honorati, ac generosi hominis ultro concedimus, syngraphoque firmamus: quippe a natura is factus sum, qui inermium, ac socordium mi-

li-

litum castra non sequor, eorum in tentoriis non sisto, secum non ago excubias; sed ab alto despecto inferius, veluti qui in suprema theatri parte sessores nobiles vilem plebeculam, minutum populum infimis subselliis stratum despiciunt, oculos, quocumque inciderint, impavidus verso, invidiam rideo, nil curo penitus, minime timeo. Et qui timere possumus linguaces psittacos, qui blaesum, fractumque vocalis criticae sonum temere docti, factis vero, atque usu indoctissimi in suis illis inscitiae septis, atque repagulis continentur celsi, atque elati tumore sui quantum luna inflantur, nulla se actione commovent, torpent omnimode, neque artus, nervosque explicant in negotio? Eorum sane doctrinam, atque institutionem ex una parte videas noctuae simillimam; in obscuro circumvolat, timet lucem, hebetem habet aciem, nihil expectorat, nihil extricat, parturit semper, parit numquam; ex altera vero, quod intollerabile est, de omnibus inconsulto sententiam dicunt, omnia, ut omnino illiberalium est, nasute destringunt, optima queque carpunt, fetas quaerunt in ovo; aliena vituperant, sua ipsorum unice praedicant, ac depereunt; quaeque ignorant, verbis elevant, atque abii-

ciunt,

ciunt, nihil non sibi arrogantes: sique totam egregii eorum ingenii praestantiam examines, singulaque per capita excellentem illam, atque operosam facultatem percurras, in facto comperies, praeter tres illas Plautinas literulas nihil sapere. Quid tu, quaeso, mi lector? Metuisne hosce elegantes Venerarum mercium venditatores? Per Deos immortales non ego sane: mediocria improbant, meliora prodant; & tunc ab istis praeclaris, si superis placet, heroibus, ac magistris edocebimur rudes, erudiemur tyrones. At fronte laeta per mediam Florentinae Pallados viam (absit dicto mendacium, atque superbia) animosus meherchule incedo: at alacri expedito pede augustum hetruscae, ac latinae poeseos corripio callem, attingo limen, subeo penetralia, dictusque addictusque Musis sacerdos votiva ordior sollemnia, sacra agito mystica, Diis sanctissimis & gratiam & animum rependo memorem, quidquid id sum, si quid sum (scimus namque & nos nihil esse & penitus nihil scire) iisdem acceptum refero, ratasque faciant laudes & hymnos vehementer rogo, atque efflagito flagrantissime: at liberalium, quos summi facio, at sapientum denique, quorum vestigia premere studeo, oracula recta adeo,

vir-

virtutem consulo, consiliis utor, doctrinam bibo, ingenue monentes amplector, emendantes exosculor, expungentes adoro. In officina igitur, ubi stationes, ac vigiliolas frequenter agimus, non torno Camoenarum affabre factum, non Minervae scalpro graphice sculptum, non Apollinis malleo extusum, ac lima politum hac vice tradimus carmen de Virgine; sed, quod ab auctore ingenii, ut semper, exigui, lectulo languescente, pertaeso otii, inedia aegritudinis fracto, in iis tantum subsecivis horis, in quibus febricula interdiu missum faciebat corpusculum, reapse exaratum est, opitulante Deipara, qualecumque sit, Phaleucium habes. Tu, qui non fucato, nec ad falsae gloriae splendorem comparato bonarum artium choragio instrueris, tu qui e sacris Musarum adytis alienae supellectilis frusta eruta, ac datâ operâ collecta non subripis, publici iuris faciens, ut sordidos venundes foenore, neque, ut cum Benedicto Satyrico loquar, suis subsuisque obsoletos attritos pannos, sed ab amplo tum veteris tum recentioris Minervae penu, atque apparatu nova identidem promis pignora rerum tuarum, ac tamquam pretiosa obsonia, atque exquisitos cibos in mensa optime instructa ad vescendum

ad-

adponis, tu, inquam, quodam quasi ab illa coelesti honore, ac lumine adflatus, praeclaram sui ipsius referens speciem, ac dignitatem, in lucidissima, ejusque ad vivum expressa chlamyde spectandus filius parva haec miserrumi laboris mei monimenta, informesque animi foetus, uti semper consuesti, libenter perlege, equanimiter excipe, excusa humaniter, atque a latrantium, ac maleferiatorum hominum, si qui forte sint, morsibus tutos redde, vindicatosque. Ego vero, qui nemini fucum facio, oro obtestorque Deum luminum Patrem, ut in verae sapientiae castris raris patentibus meque teque deductos contueatur, longo aevo sospitet; in studiis facem praetendat, animisque acuat quotidie magis indûstriam. Vale.